



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Secunda: de gestis post cœnam, & in horto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

SECUNDA CONTEMPLATIO in aurora, de rebus à CHRISTO post cœnam, & in horto gestis.

ORATIO præparatoria consueta
semper.

PRæludium primum: est iuxta historiam: Quomodo IESVS CHRISTVS vna cum vndecim suis apostolis, descendit ex monte Syon, vbi fuerant cœnati; & transiens per vallem Iosaphat, relictis ibi ex illis octo; aliis vero tribus in horti parte; seorsum ipse digrediens, orauit, ad sudorem vsque sanguineum, iterata iam ter eadem ad Patrem suum oratione. Postea excitis discipulis à somno, prostratis ad solam vocem, cum Iuda per osculum prodente, aduersariis: restituta deinceps, quam amputauerat Petrus, Malchi auricula, comprehensus tandem est, quasi nefarius, aut latro quispiam, & per val-

lem

lem illam ad Annæ domum primo tractus.

Secundum est: pro construendo loco, viam intueri decliuem, planam, & arduam: Item hortum certa magnitudine, figura, & habitudine depingendum.

Tertium: pro voti consecutione poscere mœrorem, planctum, anxietatem, & cæteras id genus pœnas interiores, vt **CHRISTO** patienti pro me, compatiar.

NOTANDA SIMVL

hac quatuor.

Primum: quod post præparatoriam orationem, cum tribus præludiis secundi huius exercitij, eodem modo & ordine procedendum est per puncta, & per colloquium, vt in præcedente de cœna peractum est. Adiiciendæ quoq; erunt circa Missæ, & vesperarum tempus duæ repetitiones super vna, & altera dicta con-

F

tem-